mihi ñ ꝑdidi ex eis quẽq̃ꝫ qd etiã de poſteriorib⁹ dictū intelligitur
Nã qd paucis factū ẽ quõ in plurib⁹ negligetur. ⁊ qui tã paucoꝝ
in tali tp̄e inter carnifices curã habuit quõ innumerabiles fide-
les in pr̄is dextera reſidẽs nõ proteget. putãdū tn̄ ẽ illos paucos

in quibus ⁊ celum nouū ⁊ terram nouā bonus artifex conſtitue
rat vt opus dierū in ſe innouatum in orbem terrarū diffunderēt
imaginē omnium fidelium tenuiſſe. Quod ſi diligētes ſe tam ſol
licite a periculo liberat odientes quoqꝫ accurate ſupplicio dabit.
At vero cū euangeliſta dixerit ¶Petrū hoc in loco gladiū nō modo
eduxiſſe verū etiā ſeruum pontificis pcuſſiſſe eiqꝫ dexteram ampu
taſſe auriculā ⁊ id nō vacare a myſterio credamus Benignitati
vr̄e graue nō accedat patres ſi pauca ex multis excerpſero. ¶Pre-
ſertim cū ipſe dn̄s ¶Petro dixerit quaſi increpando in alio euange
lio Qui gladio ferit propriā. ſ. querens vindictā gladio perit quo
diſpoſitiōi diuine rebellis fuit. An putas nō poſſum rogare patrē
⁊ exhibebit mihi plus ꝙ duodecim legiones angeloꝝ ¶Poſſum
vtiqꝫ ſed nō debeo reluctari diuine volūtati cōiqꝫ vtilitati ꝯtraire
vbi officium boni paſtoris ſuſceptū complere debeo caritate pfe-
cta cuius eſt animā pro ouiū vita dare. Et in iſto euāgelio etiam
Mitte gladiū tuū in vaginā Calicē quē dedit mihi pater nō vis
vt bibā illum. Ex qbus verbis multi tum hereticoꝝ. tū tyrānoꝝ
diuerſa ſub palio bonitatis ꝯtra huius prime ſedis ptātem in me
diū adduxere que facile principiis ac fine cognitis ruere poſſunt.
Non enim vt aiūt ii carnalia ſunt arma nr̄a hoc dicit Apoſtolus
Ideo cū effugere pericula nō poſſumꝰ māſuetiꝰ nobis loquendū
extare vel patiēter tolerandū eſſe aſſerunt. cū multo melius ſit iu
ſto iudici rōnem reddendā relinquere ꝙ pietatis cauſa nr̄i ſangui
nis exqrere vltionem. Fateor enim hoc verū eſſe cū ſanguinis nr̄i
vindictā requirimus. quoniā contra dn̄icum preceptū eſſe repitur
Nam ſi alterius euangelii verba ¶Petri ad xp̄m ne paſſionē ſubi
ret huic eductioni gladii adiuuxerimus. Quibꝰ dixit ¶Propitius
eſto tibi dn̄e ne fiat tibi hoc. Et reſponſionis uerba voluere nobi
ſcū curabimꝰ dicentis. Vade retro ſathana ſcandalū mihi qa nō
ſapis ea que dei ſunt ſed que hōim. Clariſſime intelligemus dn̄m
nō vſum ptātis etiam in vtroqꝫ gladio redarguiſſe ſed abuſum
prohibuiſſe. Quod etiā roboratur ex verbis dn̄i ad ¶Pilatū dicen
tis: Non haberes in me ptātem vllā niſi deſuper tibi datū eſſet.
ptātem enim hic datā ¶Pilato dicit. qa conſilio patris nullo mo-
do in paſſione reluctatus eſt. Et abuſus quippe eſt qn̄ ¶Petrus
ſuiqꝫ ſucceſſores canonice intrantes gladium educunt in paſſione
proprii deſiderii contra cōe bonum ⁊ diuini conſilii diſpoſitōnem.
Sed contra cōe bonum erat ac diuini conſilii diſpoſitionē qd xp̄s
nō pateretur prout ex premiſſis ſatis colligere potuimus. Ergo vt
ſuum ⁊ nō Chriſti reponeret gladium merito admonendus vene

rat· Bona intentio: ſed malus finis· Bona intentione Elias cupiebat mortem ſacerdotibꝰ idolorum · Bona intentione Saulus perſequebatur eccleſiam dei: quia vterqꝫ zelo paternarum legum· Sed non in turbine· non in ira· non in igne· non in furore dominus: ſed in aura tenui· in mente vtiqꝫ pacifica ⁊ humili in qua diuina reſidet voluntas· Illo dicente ſuper quem requieſcam: niſi ſuper humilem ⁊ trementem ſermones meos · Unde etiam dominus ipſe diſcipulos arguit cum ignem de celo imprecari vellent: dicens· Neſcitis cuius ſpiritus ſitis· Dei enim perfecta ſunt opera: ⁊ omnes vie eius iudicia: Ideo multa poſſumus in ſuſcepta poteſtate que fine nõ cognito moderari debemus · Quamobrẽ cum miniſtri diabolice poteſtatis Jeſum contumeliis affectum ligatum ad Annum primo tanq̄ ad artificem inſidiarum: pacteqꝫ pecunie proditori ducerent· Petrus quaſi emendatus vt inſtructior fieret: ac vt videret finem ſequebatur a longe· finem expectabat Petrus neſcius vt reſurgeret · Et proditor ſciens vt laqueo ſe ſuſpenderet· Mira res Magiſter et dominus ac dei filius voce patris de celo clarificatus: qui paulo ante Lazarum a morte ſuſcitauerat· qui aquam in vinum conuerterat· qui ceci nati oculos aperuerat: ⁊ cetera huiuſmodi q̄plurima fecerat· Qui viam veritatis ⁊ vite in primo homine perditam inuenerat· ac benefaciendo per vniuerſam Judeam ⁊ ſanando que ventura erant tam ſuper Synagogam pro eius preuaricatione quam ſuper ſe pro ſalute multorum predixerat· A diſcipulis deſeritur fugientibus · De quibus Dauid · Omnes amici mei dereliquerunt me ⁊ ego relictus ſum ſolus· Solus propter me derelictus es domine inter impios crudeliſſimoſqꝫ ac rabidos canes· Pro quibus Propheta· Circundederunt me canes multi: conſilium malignantium obſedit me· Heu mihi peccatori: qui quotiens tibi pulſanti ad oſtium cordis mei non aperui· Te ſolum peccatis meis circundatum ab extra reliqui · Uerum a Petro etiam qui tanta de ſe tibi pollicitus erat Ancille vnius hoſtiarie voce perterritus negaris pie domine· Sed negaris domine a Petro qui Cephas a te in terris conſtitutus erat: vt qui te negando in ſe ruens minor omnibus factus erat · Ad tuum intuitum in te fortior ceteris per veram humi-

litatem reſurgens amare flendo maior omnibus ⁊ ſupra omnes
⁊ pro omnibus inter te ⁊ eccleſiam in qua non eſt ruga neqꝫ ma
cula: tuo precioſiſſimo ſanguine hac die acquiſitaꝫ poſitus eſſet vt
in poteſtate clauium ſibi tradita: ⁊ curã ouium tui ouilis cõmiſſa
in te viuens ⁊ non in ſe qnaſi in terris deus conſpicuus formam
haberet diſcipline· quam ceteris preſtare non in pecuniarum que
ſtu· non in pompa· non in luxu· non in gloria inani huius ſeculi·
nec in laſciuientis corporis mollitie: ſed in lucro animaꝝ tam ma
gno pretio hodie emptaruꝫ· De quo Apoſtolus Empti enim eſtis
pretio magno glorificate ⁊ portate deum in corpore veſtro· Et pro
pterea ipſe tãto habitatore dignus effectus tua gratia, clamabat
Viuo iam ſempiterna· ſ· vita ſed non ego· Viuit vero in me Chri
ſtus· ſic o Chriſte etiã in me vt hac vita ſemper viuas ſu..me ex
opto· quem nunc predico· quem deſidero· quem tota mente concu
piſco vltra quem nihil ſcire confeſſus ſum · Miſer Judas quia a
ſupremo culmine apoſtolatus cecidit quando tringinta argente
os huic vite prepoſuit· Heu ꝙ multi domine noſtris etiam tem
poribus tua venalia facientes a ſupremo culmine corruunt · Sꝫ
miſerior Anne ⁊ Cayphe ſummorum pontificum iniquitas : qui
queſtui ⁊ non profectui de ſubiecta plebe inhiantes tam vili pre
tio ⁊ ſanctum ſanctorum appretiati ſunt vt ceſſaret illoruꝫ vnctio
⁊ effectus correſponderet figure ac oſtenderet quia ex patre dia
bolo eſſent cuius opera faciebant· De quibꝰ bene Eſaias prophe
tauit· Expectaui vt facerent iudicium ⁊ fecerunt iniquitatem pro
qua certe iuſto tuo iudicio factum eſt: vt vineam populi tui quaꝫ
nimis auare ⁊ ſitibunde quotidie non ſeruato legis: nec nature or
dine: nec dignitatis decore vindemiabant· perderent ⁊ eterni ſup
plicij cruciatus ſubirent· Sed miſerrima magis ac magis ſcriba
rum inflata doctrina ⁊ Phariſeorum ſimulata Religio ⁊ ſacerdo
tum leuitarumqꝫ luxurioſa rabies in qua legis diuine ſana doctri
na ⁊ ſalute propria reiectis· In cathedra peſtilentie ⁊ impietatis
ſedere reperti ſunt quando impietati ac iniuſtitie ſuorum ponti
ficũ adherentes tuam hereditatem aſſequi ſperantes quaſi te in
terempto dum nõ eſſet qui iuſtitie fructus a populo quereret· ne
glecta iuſtitia· populi poſſeſſio· tota ipſorum fieret ad illorum per
tinens lucrum· ⁊ Pro conſilio illud Hieremie dixerunt · Compre
hendamus virum iuſtũ quia inutilis eſt nobis et ꝯtrariꝰ opibus

noſtris·promittit ſcientiam dei ſe habere ⁊ filium dei ſe nominat
vt ſciamus reuerentiam illius·probemus patientiam eius·morte
turpiſſima condemnemus eum·O ſcelus O prauum conſilium be
ne de nobis locutus eſt Oſeas dicens Ego erudiui eos ⁊ confor-
taui brachia eorum ⁊ ipſi cogitauerunt in me malitiã·reuerſi ſunt
vt eſſent abſq͡ʒ iugo ⁊ facti ſunt quaſi arcus doloſus· in quo ex-
probantes ⁊ cõſpuentes in faciem tuam domine decoram nimis
in quam deſiderant angeli conſpicere·¶Percuſſerunt maxillam tu
am ⁊ ſaturati ſunt penis tuis quando te mitiſſimum agnum diu
⁊ crudeliſſime dilaniatum·flagellatum·conſputum·deriſum· ve-
latũ· arundine percuſſuʒ·⁊ ſpinea corona coronatũ vſq͡ʒ ad cerebri
intima·⁊ ab Herode deluſum·a ¶Pilato miſeris ipſis iudeis accla
mantibꝰ Crucifige Crucifige· ⁊ vt Barrabã latronem dimitteret
⁊ te Jeſum innocentiſſimum morti traderet ad crucifigendum ſu
ſceperunt·Heu me miſerum ⁊ indignum ſpeculatorem in tua ec-
cleſia: quia in tantorum vnguentorum odore ⁊ virtute hactenus
nimis negligenter ambulaui· Bene in te Eſaias pro hac die lo-
quebatur dicens Non ſum contumax nec contradico·corpus me-
um dedi percutientibus·⁊ genas meas vellẽtibus· faciem meam
non auerti ab increpantibus ⁊ conſpuentibꝰ in me·Jdeo ruit Je
ruſalem ⁊ Judas concidit quia lingua eorum contra dominum·
Nec his contenta malis Judaica impietas o ¶Patres opt· vt ad
vos mea reuertetur oratio que ad finem properat ⁊ feſtinat·inter
iniquos in Caluarijs cruci affixerunt vt impleretur ſcriptura que
dicit Jnter iniquos deputatus eſt·Et alibi·foderunt manus me
as ⁊ pedes meos· dinumerauerunt omnia oſſa mea·i· dinumera
bilia fecerunt·Jp ſi vero conſiderauerunt ⁊ inſpexerunt in me·di-
uiſerunt ſibi veſtimenta mea ⁊ ſuper veſtem meam miſerunt ſor
tes·Ex quibus omnibus premiſſis colligere poſſumus quam ma
ximum ſit obedientie bonum ⁊ non minus quantum inobedien-
tie malum·Nam per inobedientiam primi hominis vt diximus
perierat mundus·⁊ per obedientiam ſecundi hominis Jeſu Chri
ſti ſaluatus eſt mundus ·Jlle inobediens ad lignum vetitum ac
ceſſit: Jſte obediens lignum crucis aſcendit· Jlle accedens rapuit
quod non debebat Jſte aſcendens que non rapuit tunc exolue-
bat·Cuius ſolutionis magnitudinem ¶Propheta pro Chriſti hu
manitate exprimere videtur voce ingenti clamans Saluum me

fac deus quoniam intrauerunt aque vſque ad animã meam· Cu-
ius etiam ſolutionis grauitatem pre ſe tulit ſacerdotum aliorũqꝫ
incomparabilis crudelitas quando conuitiati ſunt ei quando pro
eſca dederunt fel ⁊ in ſiti ſuo potauerunt eum aceto iſopo circum-
ponentes· Et cuius deniqꝫ ſolutionis Caritatem virtutem ⁊ ope-
rationem ſuſcepimus: quãdo patrem pro trucidarijs carnificibus
orauit· quando eidem ſpiritum ſuum id eſt eccleſie ſue vnitatem
cõmendatum reliquit· quando omnium profectum ⁊ ſalutem ſe ſi
tire clamauit· ⁊ quãdo etiam latroni in typum electorum omni-
um dixit Hodie mecum eris in paradiſo· O mirum mirandumqꝫ
latro ſuſcipitur: ⁊ vinea electa Sabaoth reprobatur· latro exaudi
tur ⁊ ſynagoga reiicitur· latro in paradiſo de ſua confeſſione coro
natur ⁊ ſacerdotium Iudeorum ſua pertinatia dignitate ac pote
ſtate priuatur· ⁊ latro deniqꝫ in eccleſia magna gentium diues ⁊
laude dignus efficitur: ⁊ templum ⁊ ciuitas ⁊ gloria iudeorum ⁊
libatio deſtruitur ⁊ vltime perditioni datur Iohel dicente: Inte-
rijt de domo dei noſtri ſacrificium ⁊ libatio· Et merito quidem:
quoniam proſpera hec ſacratiſſima die Chriſto in contrarium ce-
dunt: vtilia pernitiem operantur· quandoquidem plus Chriſtus
domeſticis ꝙ inimici iaculis leditur· plus proprio ꝙ hoſtili enſe
perimitur· plus ſynagoge ꝙ externo gladio vulneratur· Nã quan
do ſynagoga de abnegatione ſuaqꝫ mala actione mortis ſenten-
tiam incidit· tunc Centurio dicens Uere filius dei erat iſte viam
vite adinuenit· imaginem omnium gentium in ſe prefigurans·
Uerum ⁊ ſol radios ſuos ſubtraxit ſubduxitqꝫ· terra tremuit· ma
re concuſſum eſt· velum templi ſciſſum eſt· multa corpora ſancto
rum reſurrexerũt· ⁊ deniqꝫ omnis creatura hodie ſuum cognouit
auctorem· ſola miſera iudeorum obſtinatio in ſuo permanſit erro
re ſecum adhuc portans improperium ⁊ miſeriã vſqꝫ quo veniat
plenitudo gentium ⁊ conſumetur iniquitas· pro qua abolenda in
cruce exaltatus Jeſus noſter voce magna clamauit Conſumatũ
eſt· Conſumata vtiqꝫ hodie eſt natura· conſumata ſcriptura· con-
ſumata figura· conſumata pena· conſumata culpa· conſumata de
niqꝫ principis tenebrarum potentia· cõſumata victoria· In qua qdẽ
dem victoria Patres Clariſſimi omnium ſanctorum victoria in
Chriſto conſumata· confirmata· ſublimataqꝫ fuit vſqꝫ ad ſeculi
conſumationem vt ſit laus eius in eccleſia ſanctorum ⁊ ſit deus
omnia in omnibus pro qua ipſe dixerat: Ecce vobiſcum ſum

omnibus diebus.i.in vobis ⁊ pro vobis pugnans vſq3 ad conſu-
mationem ſeculi.Et alibi nõ vos eſtis qui loquimini ſed ſpiritus
patris veſtri qui loquitur in vobis Cuius etiam ſpiritus operatio
nem a nobis obſeruandam ⁊ formã in ſe oſtẽdit dicens Nõ poſ-
ſum a me facere quicq̃3. ſed ſicut mandatum dedit mihi pater ſic
facio.quaſi diceret ſecundum legem mihi a patre traditã omnia
mihi diſponenda ſunt.quanto magis a legis miniſtris id faciun
dum extat:quia lex ſpiritalis eſt.¶Pro cuius conſideratione digne
aſſequenda ſic Dauid fortis orabat Reuela domine oculos meos
⁊ conſiderabo mirabilia de lege tua.O q̃3 maxima mirabilia hu-
ius legis tue domine extant: cuius legis ſpiritu vi ⁊ virtute vica-
rius Chriſti in terris vt illius miniſter mundo dominatur quẽ
ſpiritum hodie patri in cruce ideo cõmendauit vt ipſius ſpiritus
adminiſtratores in exequendis ſemper cum Chriſto dicerẽt Mea
voluntas nõ eſt mea ſed eius qui miſit me patris ad oues paſcue
ſue regendas veraq3 charitate paſcendas. Cum nullus ſummorꝝ
pontificum dicere poſſit in his aliquid ad eum ſpectare aut perti
nere niſi qd̃ a ¶Propheta cantatur Exaltationes dei in guttur eo
rum. In gutture dixit:quia ſicut in materiali corpore noſtro a ca-
pite per guttur nutrimentum ⁊ vita deſcendit. ſic a capite noſtro
Chriſto per vicarium ſuum vita ⁊ nutrimentum animarũ totius
corporis ſui myſtici eccleſie deſcendit.Et ſicut in materiali corpo-
re ſi plus fluxerit nutrimenti in vno membro q̃3 decens ſit turpe
fit ⁊ pernitioſum toto corpori:ſic ⁊ corpori myſtico Chriſti turpiſ-
ſimũ ⁊ pernitioſiſſimũ accedit ſi non ſeruato ordine capacitatis ⁊
officij membrorꝝ in iuſtitia.doctrina.religione virtute. ⁊ experien
tia plus dignitatis.ſubſtantie.honoris ⁊ preeminentie alicui da-
tur q̃3 decens ſit.In qua certe ordinis peruerſione cathedra peſti
lentie exaltatur.pes ſuperbie firmatur.⁊ manus peccatoris robo
ratur.A quibus ſe deſuper liberari ¶Propheta pro iuſtorum eccle
ſia precatur dicens Non veniat mihi pes.i.affectus ſupbie.⁊ ma
nus.i.operatio peccatoris nõ moueat me.ſ.a via immaculata. Et
hoc quia ibi ceciderũt omnes tam angeli q̃3 homines qui operan
tur iniquitatem.Sed confuſi ſunt nec potuerunt ſtare hodie q̃n
dominus fortis ⁊ potẽs Chriſtus noſter ⁊ Rex glorie talium im
piorum ſuperbiam ⁊ ignorantiũ portas ⁊ operatiões iniquas ſua
virtute ac celeſtis doctrine ſplendore in qua nihil fucatum. nihil
falſum.nihil leue aut turpe:aut ambitioſum reperitur confregit.
⁊ proſtrauit.Et hinc eſt qd̃ ab ipſo ¶Propheta Beat9 vir ille can
tatur qui non abijt in conſilio impiorum ⁊ in via peccatorum nõ

ſtetit ⁊ in cathedra peſtilentie non ſedit. Non enim poteſt huma
na natura maius aliquid ꝙ ipſa cõcipere poſſit de deo dicere aut
ſentire. noſtro enim proprio modo ⁊ intelligimus ⁊ loquimur ex
his que in nobis ſunt quaſi per exempla maiora hoc eſt diuina in
telligentes. ſicut qui in minima carta celeſtem circulum deſcribũt
neſcientes a ſcientia dei ſciẽtiam nr̃am tãtũ ſuperari: quantũ in
creata natura creatam excedit. ⁊ ſicut rationalium creaturarum
vltima eſt homo ſic ⁊ cognitio ſua infima erat. Cum neminem la
teat infinitam atqꝫ incomprehenſibilem dei ſcientiam eſſe cuius
cognitionem ⁊ ſpiritum intelligentie per doctrinam Chriſti acce
pimus in apoſtolis: quorum ſenſum ad intelligendas ſcripturas
non prius in illis aperuit ꝙ omnia que de ipſo ſcripta erant etiã
in ipſo impleta eſſent: hoc eſt qđ caput cum pedibus ⁊ inteſtinis
veri agni vorarent. id eſt eum deum verum ⁊ hominem verũ eſſe
crederent. ⁊ quecunqꝫ de eo ſcripta ſunt digne ⁊ fideliter ſuſcipe-
rent. Nec minus de virgine natũ ⁊ circumciſum ⁊ veraciter paſ-
ſum ⁊ die tertia reſurrexiſſe ⁊ reliqua omnia que de ipſo ſcripta
ſunt indubitanter crederent. ⁊ hoc eſt inteſtina vorare occulta ſci
licet credere que inter diuinitatem ⁊ humanitatem aſſerũtur. De
quibus ꝓpheta Incerta ⁊ occulta ſapientie tue manifeſtaſti
mihi. Cuius ſapientie promulgatio in platea collis caluariarũ ho
die facta fuit ⁊ ſcripture perfectio quando vnus militum lancea
latus eius aperuit Job dicentis Confinxit me ⁊ poſuit me quaſi
ſignum. circumdedit me quaſi gigãs ⁊ vulnerauit lumbos meos
occidit me vulnere: ⁊ vulnere lancee ſuper vulnꝰ clauorum a quo
continuo exiuit ſanguis ⁊ aqua. vt ſanguis ad precium ⁊ aqua ad
lauacrum fieret. De quo ꝓpheta. flumina aque viuentis egre
dientur de corpore ipſius. Impleta fuit ſcriptura hodie Hieremie
quando traditus fuit ſepulture qua dicitur ꝓ Poſuerunt lapides
ſuper me: concluſit vias meas lapidibus quadris. Impleta fuit
etiam ſcriptura hodie Oſee quando in propria virtute deſcendit
ad inferos ⁊ inde captiuas animas educens precio ſui ſanguinis
emptas tertia die cũ gloria reſurrexit a mortuis In qua ſcribitur:
Ego vadam ⁊ capiam ⁊ tollam ⁊ non eſt qui eruat. Vidẽs reuer-
tar ad locum meum. Videns reuerſus eſt ad locum corporis ſui
patres. et caro eius non vidit corruptionem. Et videns reuer-
ſus eſt quia ipſe eſt formoſus in ſtola ſua gradiens in multitudi
nem virtutis ſue. De qua ſcribitur. Et virtus de illo exibat ⁊ ſana
bat omnes. In qua quidem virtute recte iam dicere poteſt. Tor-
cular veri ſacrificii immaculate eccleſie ⁊ veritatis eterne calcaui

ſolus ⁊ de gentibus non eſt vir mecum. Ueruntamen qui virum
non habuit. ꝑ. op. in tam duro torculari calcando: mulierem for-
tem: virginem matrem non labilem: non caducam vt primam ſe
cum aſſumpſit vt haberet adiutorem ſibi ſimilem: in quo adiuto-
rio ſic nobis dominus ſub arbore mire amaritudinis per effuſio
nem ſui precioſiſſimi ſanguinis ſuſcitauit qđ anima Marie que
plus in amato q̃ in animato fixa erat. Ita dolore inexplicabili
tranſfixa fuit: vt vere in ea Prophetia completa fuerit Symeo-
nis dicẽtis. Tuam ipſius gladius pertranſibit animam. Tui ipſi
us inq̃ o Maria animam non corpus gladius in diuerſa ſecando
pertranſibit. Ut dolores quos in filii partu euaſiſti in diuerſorio:
in crucem filii tranſformata copioſiſſime ſuſciperes et haberes in
tanto pondere ⁊ menſura: quantum decens erat partui tantorum
filiorum Eue quos vite gratie plene vt viatrix paſſioni filii dile-
cti compatiendo ⁊ quopando parturiſti. De quo Eſaias. Nunqd
parturiret terra vno die. aut omnis gens viee vna. O duriſſimi
partus cõmutationem. O inenarrabilem tante matris dilectionẽ
ſumme ſupremeqꝫ charitatis effuſionem. in qua nos ꝑditos eter-
no patri reſtitui tã ingenue curauit. De qua Ambroſius. Stabat
iuxta crucem Maria non vt laborem filii tantum conſideraret: ſꝫ
vt ſalutem etiam humani generis expectaret. Ergo ſola ſtabat.
quia corpore ⁊ corde fidelr̃ pietate: cognitione ⁊ cooperatione ſola
aſſiſtebat. vt mater. vt ſola mater. vt vnici filii mater. vt omnium
peccatorum mater. vt impotens ad filium iuuãdum. ⁊ potẽs pro
nobis ad impetrãdũ. vt deniqꝫ triplicato amore ebria naturali ac
quiſito ⁊ gratuito in quo martyrium paſſa eſt ſermonis volunta
tis ⁊ perſeuerantie ſermonis: domino dicente. Ecce filius tuꝰ. De
quo Bernardus. O maria. O amaritudine plena. Uere gladius
iſtius ſermonis fuit diuidens vſqꝫ ad anime ⁊ ſpiritus diuiſionẽ.
O cõmutatio Johannes pro Jeſu. ſeruus pro domino diſcipulus
pro Magiſtro. filius zebedei pro filio dei. purus homo pro deo ve
ro. voluntatis quia ſemper ad mortem ſubeundam parata fuit.
Canonis cum Propheta. Uolũtarie ſacrificabo tibi domine quo
niam bonum eſt. Perſeuerantie vero quia q̃diu in mundo fuit
paſſionis filii dilectiſſimi memoria faſciculus mire amariſſime ſi
bi extitit. In quo pro nobis immaculati cordis ſui holocauſtũ deo
patri offerre continue non ceſſabat. nec adhuc vtiqꝫ ceſſat gemiti
bus inenarrabilibus filiuꝫ interpellans pro nobis. Nec tanti be
neficii immemores ingratoſqꝫ dies extrema nos inueniat. Ueruꝫ
enim vero. ꝑ. Reuerendiſſimi quoniam orationis modum exce-

derem:ſi etiam pauca ex multis de quopotione ipſius glorioſe vir
ginis in medium adducere vellem ſi dixerimus nullius diei cele-
britatem huic diei ſanctiſſimo preponendum fore nō mentiemur
Nam vbi maiora conſilia·vbi profundiora myſteria·vbi excelſio-
ra iudicia fuerint non inuenio·In hac die tractatum eſt de origi-
ne dignitateqꝫ humane nature·de eius lapſu·de incarnatiōe filii
dei·de mundi innouatione·de humani generis reſtauratione·de
diaboli expulſione·de ſtatu·dignitate·auctoritate ſacramētis de-
ſponſatione eccleſie·de primatu ſedis apoſtolice·de vſu ⁊ ab vſu
ſedentis in ea·de eternitate regni·de aſſumendis ad regimen tan
ti regni·de Chriſti ſudore et ſanguiue pro illo nobis acquirendo·
de morte per crucem·de inferni ſpoliatione·de ſanctorum libera-
tiōe·⁊ de celeſtis patrie recuperatione·Hodie reuelatum eſt conſi
lium quo mors occideretur·quo originale peccatū tolleretur·quo
vita redderetur ⁊ homo de diaboli ſeruitute liberatus·et a deo in
filium adoptionis ſuſceptus in antiquā patriam reduceretur·Ho
die homo creatus eſt·hodie lapſus eſt·hodie Chriſtus paſſus eſt
hodie verbum caro factum eſt·Quod quidem niſi factum fuiſſet
nunq̄ naſceretur·nunq̄ pateret·nunq̄ reſurgeret·nunq̄ infernū
ſpoliaret·nunq̄ Celos aſcenderet·nunq̄ ſpiritūſanctum Apoſto-
lis mitteret·in quo baptizati ſumus·in quo ⁊ per quem fit remiſ-
ſio peccatorum·In quo ⁊ per quem in tantorum bonorum copia
Chriſti ſanguine ⁊ ſanctorum acquiſita impinguati ⁊ dilatati·in
quo ⁊ per quem in ſupremo culmine poteſtatis ⁊ dignitatis ideo
poſiti ſumus:vt officium veri paſtoris in dominici ouilis cura cū
ipſo ſummo ⁊ vero paſtore Jeſu Chriſto complere omni opera ⁊
ſtudio curemus ne tanti beneficii gratia indigni inueniamur·
Quod fiet·P·B·ſi profectum de plebe nobis cōmiſſa vt diximus
perquiremus ⁊ in lege ac paſſione ipſius meditabimur die ac no
cte·Ac etiam diligētius vehementiuſqꝫ ſolito perditas oues Pa
triarchalium eccleſiarum ⁊ aliarum que prob nefas negligentia
⁊ ignorantia Prelatorum ad manus infidelium turpiſſime per-
uenerūt recuperare ac proprio ſanguine in crucis victoria ⁊ trium
pho prout modo Chiſtianiſſimi Hyſpaniarum Reges fecerunt·
vnitati eccleſie reddere curabimꝰ ne negligentie ingratitudiniſqꝫ
reos nos diuina inueniat vltio:eternoqꝫ igni cruciandos tradat·
Quia Chriſtus iudex viuorum ⁊ mortuorū ille eſt qui eterno pa-
tri dixerat·Quos dediſti mihi non perdidi ex eis quemq̄·Quaſi
diceret:Si ergo qui dominus ſum neminem ex mihi cōmiſſis per
dere curaui·Quid ſi ſeruus aut miniſter cui cura vniuerſalis aut

particularis eccleſie cõmiſſa fuit perdiderit· aut perditas aliorum negliglentia recuperare neglexerit· Juxta illud· Non veni niſi ad oues que perierant· ſ· negligentia aliorum· Profecto ſanguis iporum potenter de manu ſua requiretur : quandoquidem potentes potenter tormenta patientur· Uerum quia non ſumus ſufficientes a nobis quaſi a nobis· Sed ſufficientia noſtra cum Apoſtolo a deo eſt ne pereamus de via iuſta· Ad ſignum victorie ſalutis et glorie noſtre iterum conuerſi per aſſenſum purpureum media caritate conſtratum illuc gradientes· vbi totus homo noſter ſanus factus eſt· ne deterius quid nobis contingat improperium ⁊ miſeriam impotentie· ignorantie· calamitatiſqꝫ noſtre nobiſcum portantes humiliter proſtrati intueamur vulnera pendentis· ſanguinem morientis· pretium redimentis· cicatrices reſurgentis· et proprius accedentes aduertamus quomodo caput habet inclinatū ad oſculandum· Latus apertum ad amandum· Brachia porrecta ⁊ extenta ad amplexandum· Pedes fixos ad expectandū· Et deniqꝫ totum corpus expoſitum ad redimendum· ad illuminandū ad tradendum ad bonum· ⁊ ſine fine bonum· Et hec quanta ſint in cordis noſtri amaritudine doloreqꝫ conſiderantes: ac ſibi cõmori ⁊ conſepeliri ſumme cupientes· Rogemus illius miſericordiam bonitatem ⁊ virtutem vt ſe totus ille noſtro figatur corde· qui pro nobis totus pependit in cruce vt inde de theſauro cordis ſui diuites: ⁊ gloria reſurrectionis in regno celeſti participes ⁊ coheredes fieri ſua gratia mereamur· Quod nobis preſtare dignetur ipſe qui cum patre ⁊ ſpũſancto viuit ⁊ regnat deus per omnia ſecula ſeculorum Amen· Dixi·

Hain 15.457

13.69

Orat
tor the
Marie
xpianiſ
ctor hi

genij
ferre po
⁊ admi
diuina
to ſi q
dorē. d
⁊ erecti
eñ pſe
de qua
cidi vir
nitã ⁊ i
teris fa
induct
meris n
ficile in
⁊ docto
cor hoĩe
qppe de
pne felic
luero vt
q ad diu
tiores.
ſupplican
guas inf
cui maie